Quam pie me non oderit, Wendeline
clariss^e quod voli te, per alium implendi,
Lectorius compositione non facio, indicabit
adscriptus dies epistolae, quam vides.
Clar. Golij; cuius ad tres sine capite calcem
mitto, quia solum ad te nunc spectant,
et dabitur, ni fallor, occasio propediem
quâ visurus totam sis, in argumento
longe ab hoc alieno, doctissime versantem.
εἰ μὴ παρ[illegible]μένον ἔχεις
Impraesentiarum [illegible]
qui rescriberes ad te distuli, donec
suppeteret quo legendi nostra taedium
levares, missa hac epistola faciamus,
et accipe ab eodem Golio tandem doctam, distinctam
candidamque, ut scriptor est, ad ista interrogata
responsum. Mihi vero si quid horum
porro mandatum velis, eadem libertate
injungito, quâ ante vel Putiano, vel si quis
illo magis ἔντιμος aut intimus amicorum
est, pro imperio uti existimo. qui enim
doctrinae aliisque ingenij dotibus infimo
cuique cedo, summos amicitiae aliqua observantia
superabo, et obsequijs tam indefessis
quam virtuti tuae meritisque et amori
denique nostri large debitis.
De Lapsu Lapidis quod me doces, volupe
est et gratum. Habes Golij quoque de
ea sententiam. Sed à Marino Mersenno
discrepas. Hic enim illud problema
tractavit [illegible]. operisque quod Harmoniam

universale inscripsit. Lib. 2. Hugenii volumen tuum, ne fortasse tibi desit. cuius si
[illegible] me paginas hanc spectantes, et excerptas transmittere vis, fit sedulo et quam promptissime. [illegible]
[illegible] Galilaei fundamento nitimini, de [illegible] casus in [illegible] duplicata momentorum. [illegible]
ut jam dixi, [illegible] dissentitis, neque ipse quidem in designandis minutis [illegible] cum Galilaeo convenit.
fortassis actum ago, et [illegible] nisi pridem nostras indicium facio. in caussa [illegible]
[illegible] quidem excusabis, si, quod rogo, vicissim et constanter amas.

Tuus [illegible]
[illegible]